fines ponderationũ, eadẽ rõne iumenta, cũ iuga eorum subiugiorũ loris per mediũ tẽperatur, æqualiter trahunt onera. Cũ aũt impares sunt eorum uirtutes, & unũ plus ualendo premit alterũ, loro traiecto fit una ps iugi lõgior, quæ imbecilliori auxiliatur iumẽto, Ita in phalangis ut in iugis, cũ in medio lora non sunt collocata, sed ĩ ꝑte, qua ꝓgreditur lorũ à medio centro breuiorẽ efficit. & altera lõgiorẽ, ea rõne, si ꝑ id centrũ, quo loci ꝑductũ est lorũ utraq; capita circũ agentur, lõgior ꝑs ampliorẽ, breuior minorẽ aget circinationẽ, Et quẽadmodũ minores rotæ duriores & difficiliores habẽt motus, sic phalãgæ, & iuga in quibus ꝑtibus habẽt minora ab cẽtro ad capita interualla, premunt duriter colla. quæ aũt longiora habẽt ab eodẽ centro spatia, leuant oneribus extrahẽtes & ferentes, Cũ hæc ita ad centrũ porrectiõibus & circinationibus receperint motus, tum uero etiã plostra, rhedæ, tympana, rotæ, cocleæ, scorpiões, balistæ, prælą, cæteræq; machinæ iisdẽ rõnibus ꝑ porrectũ centrũ & rotationẽ circini uersatæ faciũt ad ꝓpositũ effectus.

## De organorum ad aquam hauriendam generibus & primum de tympano. Caput. IX.

NVnc de organis, quæ ad hauriendũ aquã inuenta sunt quẽadmodũ uariis generibus cõparentur, exponã, Et primũ dicam de tympano, Id aũt nõ alte tollit aquam, sed exhaurit expeditissime multitudinẽ magna, Fit axis ad tornũ aut circinũ fabricatus capitibus lamina ferratis habens in medio circa se tympanũ ex tabulis inter se coagmẽtatis, collocaturq; in stipitibus habẽtibus in se